



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 126. Variæ S. Congregationum decisiones & statuta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. *Inquisitoris munus est demandatum confis-*
A. C. 1706. *nequaquam assentiendum esse duximus, &*
nihilominus de pietate ac Zelo, deque om-
nia virtute Fraternitatis tuæ recte sentien-
tes, ac probe omnino sperantes, fieri posse
confidimus ope illius, qui facit ex tenta-
tione proventum, ut lucrum ex ipsa dis-
cultate captetur. Credimus enim Te omni
studio daturum esse operam, ut ipsa An-
tholica Mulier, quæ animum non pro-
aversum a Catholica religione se gerere pro-
fitetur, hortatu demum tuo ad Sanctæ Ma-
tris Ecclesiæ gremium perducta, Aposto-
lica se dignam benignitate præbeat. Ad-
grederere igitur plenum meriti opus.

Denique die secunda Decembris
 Pontifex ad implorandam Dei operam
 pro pace inter Principes Catholicos
 aliisque Ecclesiæ necessitatibus ju-
 læum universale indulxit.

§. CXXVI.

Variae S. Congregationum decisiones
& statuta.

Bull. magn. *Præter varia decreta, quæ Casparus*
Part. II. *summi Pontificis Vicarius Generalis*
pag. 409. *lis Romæ de vita & honestate Eccle-*
Const. Cong. *siasticorum, ac præcipue de veste,*
Rit. Episc. *tonfura promulgavit, insuper die festæ*
Ec. *Martii S. Rituum Congregatio decla-*
ravit, quod si Episcopus Titularis S.

fraganeus accedat ad Regularium Ec- Sæc. XVII.
 clesias ad celebrandum Pontificaliter, A. C. 1706.
 non debeant Regulares ei Baldachinum
 erigere. Eadem quoque Congregatio
 die vigesima Maij decidit, quod indul-
 tum sæpius per annum celebrandi va-
 ria officia v. g. de SS. Sacramento,
 non habeat locum in feriis Adventus,
 Quadragesimæ, quatuor temporum,
 Vigiliarum, vel feria secunda rogatio-
 num aut in Feria, in qua reponendum
 est Officium Dominicæ: nomine autem
 diei impeditæ intelligatur dies, seu
 festum duplex vel semiduplex transla-
 tum, & dies octavæ. Declaravit e-
 tiam, quod vi *soliis* communicationis
 Regulares non possint addere in litaniiis
 vel *confiteor* nomen S. Fundatoris, nec
 recitare officia & Missas concessas aliis
 religionibus: decidit quoque die vige-
 sima secunda Maij, quod quandoque,
 ratione exiguitatis redituum Canonica-
 lium, permitti possit in Collegiata, ut
 Missa Conventualis celebretur duntaxat
 diebus festis: Si vero festum S. Marci
 occurrat in feria secunda post Domini-
 cam resurrectionis, & festum SS. Phi-
 lippi & Jacobi in Dominica in Albis,
 tunc præferendum sit Officium S. Marci
 officio SS. Apostolorum. Præterea S. Con-
 gregatio Episcoporum die trigesima
 Octobris inhiuit, ne Moniales fenestellis,
 in

Sæc. XVII. in quibus S. Communio ministratur
A. C. 1706. vel confessiones excipiuntur, pro
 locutoriis abutantur, nec etiam Sacer-
 dotes & Clerici in quibuscunque
 mediis interlocutorum partes agant.

§. CXXVII.

Principum atque Illustrum obitu

Kettl. Dec. 5. Inter Principes hoc anno defunctus
pag. 344. præcipuus est Petrus Lusitanie Rex
 qui morum suavitate, beneficentia
 aliisque tanto Principe dignis dotibus
 exornatus, die nona Decembris
 pone anno ætatis suæ quinquagesimo
 octavo, Regni autem trigésimo octavo
 decessit. Successorem habuit Jo-
 nem V. Filium suum septendecim
 annos natum, cujus coronam Gallia
 factio secundo genito Petri
 asserere incassum tentabat. Ibi
 quoque die trigésima prima Januarii
 obiit Catharina Joannis Lusitani
 Filia & Caroli II. Regis Angliæ
 die autem vigésima septima Aprilis
 dem anno, quo Josephus Bernardus
 vigésima septima Maij ex
 Ludovico ejus Filio natus erat,
 nardus Mainungensis Dux annos
 quinquaginta septem, vivis ereptus
 est. Pariter die quinta Maij de
 mundo, renatus cælo est Fridericus